



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Patre Iacobo Canisio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

De vita P. Canisij

*Nouiomagii.*

*Patre Iacobo Canisio.*

mini prælianda auspicem, & patronum haberet. Nouiomagum patria fuit, Prouinciæ Geldriæ, quã olim Sicambriam dictam volunt, primaria ciuitas. Parens vterque & diues opum, & splendore generis clarus, & religionis sincero cultu nobilis. Iacobus Canisius Patri, Ægidia Hoonvvingana Matri fuere nomina. Ex vtroque Petrus præclaram indolem hausit. Namque Iacobus eloquentia imprimis, prudentiaque iuris ciuilibus, ad hæc morum grauitate, rerumque agendarum industria claruit. Quæ propter ornamenta primum euocatus à Lotharingiæ Duce, qui Geldriæ Ducis sororem habebat in matrimonio, liberorum eius institutioni præfectus, & inter consiliarios cooptatus est. Deinde reuersus in patriam non modò primos Nouiomagi honores meruit, sed pene perpetuum Consulatum gessit. Idem vnus omnium in Prouinciæ conuentibus legebatur, qui grauissima quæque cum Principibus negotia totius Geldriæ tractaret: interque cætera momenti haud vulgaris rectè administrata munera, præcipuus autor, siue interpres memoratur fuisse foederis sancienti inter Carolum Quintum & Guilielmum Sicambriæ, Cliuia, aliarumque circa regionum Principem. Ægidia